

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com



Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Bibliothèque nationale de France

Hesiodi Ascræi poetæ opera & dies Georgicon liber:
Nicolai de Valle e græco conuersio.

Ierides musæ quæ uiget inclÿta cantu
Fama ducum & uestri nomen immor/
tale parentis
Dicite cur hoïum ps hæc sine noie uitã
Ducat: & illi? cur fama æterna p altũ
Euolet: hæc Iouis ē magni diuina uo/
luntas.
Ille etenim altitonās summi regnator olympi
Excitat imbelles animos: & fortia corda
Debilitat: duce quo fortuna inimica superbos
Deprimit: atq; humiles clarum super æthera tollit.
Tum mala mens hominis meliorem inclinat ad usum:
Et capiunt molles crudelia pectora cultus:
Exaudi qui cuncta polo specularis ab alto:
Cui nihil ignotum est sanctissima dirige iura
Iusticiæ. liceatq; mihi fraterna monere
Pectora: & ignotos uiuendi ostendere mores.
Sunt geminæ in terris quibus alter cantur in unum
Mortales causæ: uaria quoq; mente trahuntur:
Vna quidem studium laudabile sedula curat:
Altera crudeli rerum depascitur haustu:
Bella cupit: pugnaq; exercet iniqua tumultus.
Inuisum atq; atrox pestis genus hanc tamen ipsi
Mortales fugiunt. tandemq; uolentibus hanc diis
Exoptant: huius nequeunt cohibere furores.
Illam autem prius obscuræ genere tenebræ.
Sed fato meliore. pater saturnius illam
Et generi humano & terræ radicibus imis

Virginis ora dæ similem:quam glauca miæra
Cinxit:& ex omni fulgentem parte poliuit.
Huic etiam charites:etiam celeberrima pitho
Aurea candenti posuere monilia collo.
Effusæq; comas ore de flore coronam
Vernali tribuere dæ.tamen attica pallas
Illam præcipuo formæ decorauit honore.
Et superum interpret uictor cyllenius argi
Fallacem attribuit mentem & fallacia uerba:
Sic pater alcitonans diuino iusserat ore.
Quando quidem dederat sua munera quisq; deorum
Mercurius merito pandoram nomine dixit
Exitiale malū mortalibus & fera pestis.
Postq̃ autem tantos confecit Iuppiter astus
Mercurium & magnum iubet ire epimethea: dono
Cui ferat hanc.qui nil ueritus præcepta promethi
Scilicet a magno caperet ne inuitus olympos
Cœpit.& accepto nouit sua damna epimetheus.
Nam prius humano generi.secura manebant
Tempora:nulla mali species aut cura laboris
Morborumq; genus:tristem qui funeris atrī
Corripuere uiam:quibus omnis frangitur ætas
Viuerē dulce fuit quōdam:sed tegmen ab urna
Dam pandora leuat totum exiliere per orbem
Curarum infestæ effigies spes sola remansit
Intus:& e labris ima sub parte resedit.
Obstitit impositum:nam tegmen abire uolenti:
Sic qui fulmen agit nubis collector aquosæ
Iusserat:innumeræq; etiam mortale uagantur
Per genus infandæ species:quibus æquor & omnis

Terra infecta tumet, morbi noctesq; diesq;
Sponte sua sine uoce ruant. nanq; ab ioue summo
Ablata est illis quæcunq; potentia fandi.

Sic impune parens offenditur ille deorum.

Si uacat o frater si non audire recuses

Ordine plura canam: genus immortale creatum

Ac mortale simul credendum est aurea primum

Sæcula dii superi totum sparsere per orbem:

Tempore quo cæli imperium saturnus habebat:

Tunc homines diuum uiuebant more. neq; illos

Anxia curarum moles operumq; labores

Lassabant. aberat tristi cum mente senectus.

Semper & in ualido regnabant corpore uires:

Nulla mali labes: conuiuia læta placebant.

Mors similis somno fuit: atq; uberrima tellus

Omnia liberius nullo cogente ferebat

In commune bonum. nec quisq; inuidit habenti:

Quam foelix ætas erat omnibus una uoluntas.

Et taciti lætos soluebant pectora in usus.

Aurea postq; hominum paulatim defuit ætas:

His pater altitonans meritos adiunxit honores:

Sub terris habitare dedit. qui numina facti:

Et genus humanum sancte quoq; iura tuentur.

Iusticiæ tenebris circumfusiq; peragrant.

Terrarum fines & opes mortalibus augent:

Proxima successit terris argentea proles

Auro deterior sensuq; & moribus impar.

Tunc sibi qsq; suæ fecere sub ubera matris:

Otia mortales. paulatim adoleuit in annos:

Ingenii rude principium quo decolor ætas

*ludr. in VERgilis
descriptum 61. m. d. m.
est innotuit. quia 61. m.
est innotuit. quia 61. m.*

de m

In propriis etiam laribus rude pectus agebat.
Aucta tamen postq̃ ad summos peruenerat annos
Viuendi breuius spacium fuit: anxius ardor
Curarum incumbens aderat: quas improba mentis
Gaudia fecerunt. alterna iniuria nunq̃
Destitit. & nulla in superos reuerentia: nullos
Sacrorum ritus ætas argentea uidit.
Hanc deus extinxit meritam flammatus in iram.
Postq̃ hominum oculuit argentea sæcula tellus
Non tamen illorum sine nomine uita recessit.
Sub terrisq; dei sedes coluere secundas.
Tertia post illam successit ænea proles
At nihil argento similis, dryadumq; creata
Sanguine dura quidem, robustaq; pectora tendens
Tota feri misero martis feruebat amore.
Nulla quies illi: nullum ius, durior ætas
Ipso adamante fuit uultu metuenda superbi:
Cui nunq̃ inuictum robur: fortesq; lacerti
Defuerant humeris: tunc ærea tela: domusq;
Omnis in ære labor: non ferri emerferat usus.
Hæc autem proprio proles consumpta furore
Ad gelidi loca nigra ditis sine honore recessit.
Et quanq̃ extiterit inuicto robore: ab atra
Morte tamen uicta est: solis lumenq; reliquit.
Postq̃ autem occulta est: atq; ænea corruit ætas
Quarta fuit soboles melior: cui plurima toto
Iusticiæ hærebant animo præcepta uerendæ
Diuinum genus heroum primumq; uocari
Semidei immensos illi potuere per orbes.
Hos infans amor martis: bellicq; nephandi

Ardor.agenoridæ septem prope moenia cadmi
Aedipodæ imperii causa consumpsit:& alti
Hos maris undifoni fluctus:quom pergama classes
Argolicæ peterent.ubi pallida mortis imago
Desuper incubuit:dum iusto ulciscitur ense
Tyndaris.hos etiam toto diuisit ab orbe
Iuppiter:& uitæ meliorem tradidit usum:
Elysiolq; dedit colles habitare profundi
Litrus ad oceani.foelix & sancta propago
Hic ubi uernat humus:ubi dulcia poma quot annis
Ter gremio effundit nutrix uberrima tellus.
O utinam non me quinta cum stirpe creassent
Fata:sed ante mori:seu post licuisset oriri
Ferre nunc ætas:quam curæ & mille labores
Nocte dieq; premunt.paulatimq; illius instant
Exitio,sic diis placitum,sed prospera tanto
Fata etiam uenient aliquando in turbine rerum:
Nec minus hæc infanda hominum delebitur ætas
Cum matura annis illorum tempora canis
Inficient crines:natis nec ut ante parentes:
Nec patribus nati similes:nec ab hospite tutus
Hospes erit:sanctum corrumpent foedus amici.
Et furet arma ciens inter discordia fratres.
Vitet honoris inops hominum properata senectus:
Nec pudor effractus senio obiurgare parentes.
Infœlix soboles legem & præcepta deorum
Nescit:& inualido non hæc aliméta parenti
Iusto suo reddet.quid enim quod iniqua rapaces
Apparet usq; manus:urbesq; & moenia narrem
Alternata deleta manu iurataq; fallent

variata.

Numina iusticiæ nulli tribuentur honores.
Pulsa gemet bonitas. illum uenerabitur orbis
Cui mala mens suadet fera crimina: tota iacebit
Tota quidem orbatu tecum reuerentia uultu.
Odea iusticiæ soboles en improba lædet
Si probus ullus erit: quem contra insurget iniqua
Voce furens factum affirmans altrixq; malorum
Inuidia incedet fatali turbida uultu.
Protinus humanas sedes astræa relinquet:
Diua suos pariter tendet reuerentia cursus
Ad superos nitido uelata corpus amictu.
Mille recedentes ille mortalibus agris
Non cessanda tamen rerum mala semina linquent.
At nunc te moneam quãq; sapis omnia iudex /
His intende animum. sed quid iuuat ista moneres
Stultus maiori quicunq; resistere tentat
Vincitur: & magno pœnas subit inde pudore,
Sic ego sum tanq; uolueris quã prehenderit astur:
Prensaq; sublimes agitur philomela per auras.
Hæc dolet infœlix ungui transfixa recuruo:
Quam contra horribili raptor sic intonat ore.
Quid misera exclamas: te multum fortior astur
Te premit: hue adsis: quo te meus egerit ardor.
Et quãq; bene suaue canas: mihi cœna futura es
Si lubet: aut dimissa iterum remeabis in auras.
Sic fatus: tacuit pennatus & impiger astur:
Tu modo iusticiam cole: nulla iniuria perse
Tecum habitet: fatale gerit secum illa: nec illam
Vllus amat nisi mens cui uilis. & improba surgit:
Vir bonus hanc inferre timet: quid si intulit: acti

Pœpitet: & magno contristat corda dolore:
 Est uia iusticiæ melior qua uincitur omnis
 Omnis ad extremum ueniens iniurius ardor:
 Quid dicam? quod nunq̃ aliquid dementia noscit
 Nî modo passa prius: sic qui male iura ministrat
 Peierat: & tandem dementi panditur error.
 Eripe iusticiam: corruptus munere iudex)
 Ius uiolat: dolet hæc. & nulli uisa per orbem
 Tristis it, & lachrymans pœnam mortalibus orat
 Qui uiolant iura: & recti sacra fœdera rumpunt.
 Verum ubi iusticiæ sancti seruantur honores,
 Iudicioq; pares & ciuis & aduena pendent
 Vrbs uiget: augetur soboles: pax læta uagatur
 Pax iuuenum nutrix, nunq̃ his fatalia bella
 Præparat altitonans, nullis in rebus egestas
 Imminet, in quenq̃ nulla est offensio: dulci
 Quos iuuat interdum genio alleviare labores
 Terra quibus large fundit sua semina: & alræ
 Montibus innatæ mittunt sua munera quercus
 Clandiferæ in summo: media ramen arbore mustant
 Vndiq; apum ingentes acies: nectemq; ministrant
 Lanigeræ pecudes, per se magis omnia florent,
 Non his externas merces uehit ardua puppis.
 Omnia dat tellus, quod enim quod iuncta marito
 Et patribus similes emittit foemina partus.
 Non datur hoc quibus illa placet uiolentia iuris,
 Hos ad supplicium uocat alti cura tonantis.
 Sæpe subit pœnas plebs tota miserrima tantum
 Vnius ob noxam, pestis furit atra per urbem:
 Et male suada fames: paulatim deficit omne

IUDICIUM
 et Iudicium
 iustitia

Iudicium
 re uero iustitia

Vulgus:& uacuos ostendunt tecta penates.

Fecmina nulla parit. sic sæuit Luppiter: erga

Quos male facta iuuant qui si modo forte cruentum

Militiæ exercent studium mora nulla sinistro:

Marte cadunt uel si potius iuuat ire per altum

Fluctibus in mediis summergeitur obruta puppis:

Vos igitur qui iura datis conuertite mentem.

amuseo

Ad tales hominum pœnas: diuina potestas

Morales circumuolitans uidet improba: quorum

Iudicia emergunt multorum in damna deumq;.

Ignorant monitus genus hi mortale pererrant:

Innumeri tenebris circumfusi; tuentur.

Iustitiæ sacra iura domant genus omne malorum

Illa quidem uirgo est supero Ioue nata parente

Nomine clara suo: cœtuq; uerenda deorum:

Quam si quis uiolet lachrymans sua fata parentis:

It Iouis ante pedes: & lamentabile fundens

Humanos queritur mores: ac debita poscit

Supplicia in populos: tu iudex causa malorum

Qui uiolas sacra iura dex: iam dirige mentem:

Ius cole, in alterius re nulla pecunia uertat

Damna: nocet sibi qui cuiq; nocet: & male suadet

Ille sibi, in quenq; si quis male iura ministrat.

Cuncta uidet pater omnipotens. & quod mihi tecum est

O iudex modo si lubeat speculator ab alto

Nil latet hunc, aut hoc quales tribuantur honores

Iustitiæ in populo, quam non ego pectore toto

Nec mea progenies coleret, postquam orbe sub isto

Spreta iacet bonitas & ius iniuria uincit:

Inuito Ioue ni fierent, hæc accipe frater;

Hæc animo meditare: iniustum pone furorem:
Ius quoq; frater ama: sine quo genus omne ferarum
Credimus alterno certatim corpore pasci.
At nos instituit uitæ melioris origo.
Iura dedit pater omnipotens. ea pectore toto
Si quis habet: decus æternum pia premia reddet
Iuppiter. affligit si quis pro teste uocatus
Peierat: ac merito pensatur culpa nocentis
Supplicio: offendens ius. ille offenditur una:
Ex quo obscura quidem nulli quoq; cognita surget
Posteritas: iusto de sanguine nata propago:
Clara caput tollet patrio seruata decore.
Hæc quoq; quæ referam stultissime concipe frater:
Quam facile innumeras uitiorum amplectimur artes.
Haud pcul illa habitât. brevis est uia qua sit eundum
Est uia uirtutis contraria: sudor anhelus
Hanc sequitur: quæ se scopulosis ardua cliuis
In longum prorumpit iter: riget aspera primo
Ingreſſu: leuis est postquã alta cacumina ranges.
Optimus hic se se qui nouit cuncta magistro
Prospiciens rerum fines meliora sequutus:
Dignum laude uirum parentem recta monenti.
Credimus: ille tamen sibi qui non consulit: aut qui
Alterius præcepta fugit uir inutilis exrat.
Ergo age frater ades generoso e sanguine perſe
Neu fuge fraternos monitus. operare laborem:
Inuideat tibi dira fames. spicaq; recenti
Alma ceres ornata caput sua dona ministret.
Sic tibi plena domus: segnem crudelis egestas.
Opprimunt hunc homines odio superiq; sequuntur

Torpenti similem fuco: cui spicula surgunt
 Horrida distent: umq; fauis consumit edendo
 Semen apum. piger ipse sedet: uitatq; laborem.
 Tu modo curam operi quantum potes adice frater.
 Horrea sic rumpunt messes: sic copia rerum
 = Sic pecus augetur: sic tu mortalibus & diis
 Gratus eris. segnes animos & inertia corda
 Oderunt. operi laus est imponere curam.
 Turpe sed hinc prohibere manus. incumbere labori:
 Forsitan ad studium torpentia pectora uertes:
 Dum partas ostendis opes: uirtutis adeptus
 Nomen & æternum laudis decus utere quæso
 Arte para uictum. uiolare aliena nephandum est.
 Fac superis æquandus eas. incumbere labori:
 Nec pudeat. pudor hic multos inhonestus egentes
 Secum habet. auget opes fiducia: q̃ melior res
 A superis non ui. proh rerum insana cupido
 Proh animis infusa lues. iam nulla pudoris
 Cura iacet passim longe post terga relictus:
 Tu coleris duce te paulatim corrui ille
 Diis inuisus homo: cui mens intenta rapinis
 Inuigilat: neq; n. semper felicia durant:

Nec minus omnipotens poenis affligit eisdem
 Qui seruum offendit. uel qui sanctissima frangit
 Fœdera amicitiae. seu qui cum coniuge fratris.
 Non pauet infandos coitus fraternus adulter.
 Vel qui in pupillos audet uim ferre nephandam:
 Vel qui in longæua confectum ætate parentem
 Horribili uoce insurgit. uixq; abstinet illi
 Verbera: non impune tamen stat poena nocenti.

*Lorum ipse digne
 hoc descriptum in
 apud Virgilium in
 6 to libro
 hic qui sunt in uis. f. 10
 hic de uoluntate mandant
 Pulchritudo q̃ parit aut
 fiant in uoluntate dicit
 quod o adulterum
 resp. quod a cura f. 10
 cult. lingua. ut uerbi dominos faller dicitur. Vir*

Post obitum, depone igitur tam falsa superbæ
Mentis consilia: & melioribus utere quæso.
Thure pio venerare deos: iis tempore in omni
Et munde & pure liba cū clara nitescet
Sole dies: aut cū nox circumfusa tenebris
Abscondet terras casto torrenda sub igne
Hostia mactetur: hymnos canet: thura ministra.
Ut tibi dii faueant: immensaq; copia rerum
Hinc tibi nascatur, multis ut egentibus ipse
Subuenias: non ut uiuas germane rapina.
Conuiuas inter si uis discumbere amicus.
Non hostis ueniat primum uicinia. nam si
Aduersi quicquam acciderit de more repente
Primum illa occurret: quæ si sine uestibus esset
Nuda etiam ueniet, quod nec tibi sanguine iunctus
Non ager: iste sibi uestes atq; omnia ponet.
Improba damnosa est uicinia. sed proba si sit:
Utilis hæc igitur cupienda est pectore toto
Tanq̃ laudis opus, neq; enim lamenta refundest
Amisisse bouem, proba si uicinia tecum est:
Acceptum metire & eodem pondere redde
Vicino tibi ut hic iterum succurrat egenti.
Res male parta mala est, damnosaq; semper ab illa.
Ergo caue, nec te uincant in amore sodales.
Illum adeas qui te: fac mutua munera reddas:
Sponte datum capias scelus est letale rapina:
Quicumq; & si magnum aliquid largitur amico,
Lætatur, quicumq; iacit de fronte pudorem:
Et rapit alterius quanq̃ infima turbat amici:
Visceraq; & mentem cui uis illata rapinæ.

Adde parum paruo: paruo superadde pusillum
Fiet & hoc magnum, infelix pelletur egestas:
Si modo rem cumules, hominem non lædit habere
Cuncta domi nocet esse foris, q̄ dulce bonumq;
Præsens accipere: atq; absente carere molestum est:
Tunc bene potandum cum plena effundit ab alto
Vina cadus: tunc parcus eris cum parte lyæus
Defluit e media, sed tum declinat ad imum
Spumantes iterum cyathos & pocula sume.
Quicquid polliceari homini seruetur amico, *1. u. 6. 100*
Si quicq; cum fratre tibi est testem adice rebus
Subridens, nocuit non credere: credere semper,
Ne ue tuam alliciat meretrix caue femina mentem:
Rem totam uorat illa nimis dum blanda uidetur,
Heu q̄ damnosum est mulieri fidere cuiq;
Rem patris acceptam melius fouet unicus hæres,
Auget & hanc, at tu plures in morte relinque
Ex te ortos, nam plura pater saturnius illis
Attribuet, sed te si cæcus tangit habendi
Ardor adhuc: fragilisq; placet tibi gloria rerum:
Hæc age quæ moneam: & uarios operare labores.

Hesiodi Liber secundus de agricultura.

Um cælo emergūt sublimi ab atlātide notæ
Pleiades: truncanda ceres, morientibus illis
Mitte i aratra boues latitare ea sydera dicūt
Viginti totidemq; dies, annoq; uoluto
Apparent iterum maturam incidere messeni:
Rursus & incipiunt dentata falce coloni,
Hanc legem agricolæ atq; habitantes littora seruant;

Aut qui pingue solū inuallosq; recta tenerent
Nudus ara: nudusq; sere: & mente corpore nudo
Si tempestuosos agrorum ducere cultus
Augeriq; illos magnis successibus optas
Ne ue aliena roges interdum pauper egenus.
Quod si ad nos supplex iterum fortasse redibis:
Non iterum dabimus. iuuet exercere labores
Improbe: quos inter mortales diua potestas
Sortita est ne tristis inops cum coniuge mœsta
Aut cum natorum misera comit ante caterua
Victum a uicino rogit. dare negliget iste
Bis aut ter fortasse dabit. dehinc si petis ultra
Proficies nihil: at tu plurima uerba refundes.
Orabisq; iterum frustra tamen. artibus ut te
Iam pridem admonui inuigila: atq; incumbe labori:
Dira fames procul hinc habeat: tua debita solue.
Imprimis tibi conde domum prætiq; ministram
Dehinc eme quam possis custodem adiungere bobus.
Pone domi quantum toto tibi sufficit anno.
In rebus spes est alienis irrita: nam si
Hic dare forte neget. tu semper pauper egebis:
Tempora labuntur operum quoq; deficit usus.
Ad cras rem differre nocet. nunq̃ horrea nunq̃
Implet iners aut qui tempus producit. habenda est
Cura operi. turgescet opus mala mille molestant
Affliguntq; hominem cui segne & inutile corpus
Cum bene se posuit rapidi uis ignea phœbi.
At pater omnipotens sæcundis imbribus æther
Deficit in terras. & languida membra resumunt
Iam pridem amissas æstiuo in tempore uires.

Nam breue sol hominum supra caput astat q̄b̄ alto
Ac de nocte magis currus exercet egendo.
Tunc operum multo ante memor discinde securi
Siluam incorruptam, tunc germina desinit arbor
Fundere: datq; suas uolitare per aera frondes.
In tres tende pedes mortaria. contineat tres
Pistillus cubitos. pedibus quoq; confice septem
Temonem: qui si fuerit protentus in octo
Hinc tibi maleolus crebros formetur in ictus:
Palmarumq; trium rota sit: uariisq; repone
Ligna effincta modis uallidamq; in montibus altis
Quære uel effuso campi super æquore pinum
Aestiuam compone manum qua firmet arator
Temoni cuneis dentaliq; alliget imo
Torqueat & fortes illa durante iuuenkos.
Binaq; præterea tectis seruentur aratra.
Sic melius: nam si casu discinditur unum
Restat adhuc aliud ualidos agitare iuuenkos.
Temonem ex ulmo uiridi seu confice lauro.
Stiua sit ex pino: dura dentalia quercu.
Duc in aratra bouem: nono qui uiuat in anno
Apta ætas operi matura est: franget aratrum
Bos iuuenis minitans iuuenili prælia cornu:
Et rixam exacuens opera imperfecta relinquet.
Quære quaterdecies annorum ætate bubulcum
Quadrifidus panis & ossellas cæsus in octo
Sit cibus huic. recto sulcabit uomere terram
Si maturus erit studium intermittet arandi
Iunior: aspiciensq; pares ætate colonos
Ibit ad hos ludosq; ciet lasciua iuuentus.

Ergo non melior iuuenis, neq; semina uersæ
Spargere humi; quantum terræ mensura requirit.
Contemplare etiam quom grus e nubibus altis
Assiduos agitat clangores nunciat hymbrem
Venturamq; hyemem tempus indicit arandi,
Angit & illius mentem cui nulla boum spes.
Tunc redeant fessi plena ad præsepia tauri:
Tunc proprios operare boues & plaustra: sed inquis
Non habeo. dabit hic, facile est petere atq; negare.
Mentis inops alius quid enim componere currum
Tunc uolet ignarus non nouit quantus in illo
Sit labor, & centum compagibus insita ligna
Quæ debent multo ante domi prouisa reponi.
Præterea cum tempus adest rescindere campum
Fortius insistas operi exercere ministros.
Nam uertenda duplex tibi sicca atq; humida tellus.
Vere nouo ueniant celeres ad aratra iuueni
Fertilis ut grauida culmus procumbat arista,
Neu te decipiat cum semina colligit æstas.
Sit noua cui studeas tellus inarata quot annis.
Terra recens large natis alimenta parabit
Plutonem imprimis uenerare, atq; annua sacræ
Vota refer cereri: quom stiuæ innixus agendo
Incipis exercere boues stimuloq; fatigas
Sic immensa tibi surgent cerealia dona.
Semina quom terræ cōmittis pone sequatur
Seruulus, atq; auibus rastro sata læta recondat.
Optima crede iuuat rerum prudentia cunctos
Læditur aduerso qui negligit omnia fato.
Si sit pingue solum, grauidæ inclinantur aristæ

Fœlicesq; opum successus a Ioue summo.
Hinc capies neq; sub tectis extendat arachne
Fila. sed immensæ replebunt horrea messes:
Tunc gaude & cani florentia tempora ueris
Lærus agas: quom te incassum crudelis egestas
Aspicit: & parto turget domus atq; aliena
Re tibi non opus est tua pluribus adiumentum:
Fit sterilis tellus medio uersata sub æstu:
Hincq; solo residens imas falcabis aristas:
Auerfos religans culmos: tenuisq; sequetur
Spes uitæ. pauci te mirabuntur ab agris:
Parua sub exiguo referentem farra canistro.
Difficile interdum mutabile noscere tempus.
Mobilis & uaria est alti natura tonantis,
Ac si tardus aras tarde tibi solus aranti
Afferet auxilium: si largis hymbribus æther
Tris noctes totidemq; dies non cessat ab alto:
Donec repleat ualidi uestigia tauri,
Tempore quo querna residens super arbore coccys
Exululat: gaudentq; hominum mortalia corda.
Vere sub aprico sit tardus forsitan eques:
Qui tempestiuo diuertit uomere terram:
His intende animum: nec florida tempora ueris
Te lateant: glacialis hyems tibi cognita surgat:
In qua incumbendum est: nec te ulla taberna moretur:
Aut narrata loco sub aprico fabula tardet:
Dum frigent alii uir rem tamen impiger auget:
Surge igitur nec te paupertas opprimat illo
Tempore: dira fames tenues facit esse lacertos:
Elatosq; pedes & crura timentia multo

Sanguine segnis inops & spe suspensus inani.
Inclinat mentem sceleri & meditatur iniquos
Vnde paret uictus: hominem spes nutrit egentem:
Irrita cui nihil est: & tota luce uagatur.
Dum media elapsa est æstas: properate ministri.
Condite dic casulas: nam semper non erit æstas.
Ai no mensem dictum caue. nubibus ille:
Lætiales bobus glacies & frigora ducit.
Thracius insurgit boreas. & turbine facto
Disturbat maria ac campos: siluamq; sonantem:
Alticomas quercus: annosaq; robora pinus.
Diruit ex alto & ualles iaculatur ad imas:
Siluarum auditur fragor undiq; sed fera duos
Arrigit ipsa pilos caudamq; in cruribus angit.
Quin etiam quibus est uillis densissima pellis
Perforat ille quidem sætosaq; pectora transit.
Nec se defendunt dura sub ueste iuenci.
Et miseræ algescunt hyrsuto crine capellæ.
Vincit ouis boream instantem fultoq; repellit
Tegmine lanarum: sed non obsistitur illis:
A senibus curuo facit hos incedere collo.
Non tamen ad teneram penetrat boreale puellam
Frigus. at illa domi cui nondum nota libido
Matris apud caræ gremium sedet: atq; hyemales
Non sentit glacies: & tota nocte quiescit.
Atq; oleo teneros interdum pluit artus.
Tum polypo durum est gelidis habitare sub undis:
Nec uidet unde sibi uenetur in æquore prædam.
Alleuietq; famem proprios tum deniq; in artus
Vertit atrox rabiem immensam: sic hymbribus atris

Turbatur mare. sic atra caligine cœlum.
Sol quoq; ad æthiopas radios & lumina fundit
Rarus apud graios fugiunt animalia currui
More senis. ualles imas & dente trementi
Concaua saxa petunt. nemorum tenebrosaq; tecta
Tunc quoq; ne noceant hyemes tibi protegat artus
Mollis clena tuos. cui tecta ex ordine recto
Pauca: sed aduerso ducantur plurima fila:
Sitq; ea crure tenus: uetat hæc per corpora setas
Surgere. & instanti prohibet durescere uento.
Tegmina sint pedibus taurorum e pelle cothurni
Nec nocet hos inflare pilis ut frigora uincas
Hædorum teneras neruo bouis insue pelles:
Ac dorso suspende: tegant capita alta galeri
Ne madeant aures borea spirante cauendum est
Frigoribus. tunc ros cœlo diffusus ab alto
Educat cererem sacros operumq; labores:
Ille quidem ui uentorum e fluiualibus undis
Tollitur in sublime: & matutinus in agros
Desilit. interdumq; expectat tempora noctis
Interdum borea nubes agitante procellas
Vertitur in uentosam hyemē fuge prouidus illam.
Acceleretur opus pete tecta obstantia uentis:
Ne forte obscuro nebulæ infusus amictu
Imi ad deas largosq; hymbres puluat humida uestis
Pascua tunc carpât quamuis non pingua tauri:
Quippe leuis labor & longa sub nocte quiescunt:
Nutrimentum ingens uobis uberrima mando
Agricolæ faciliq; dies transire labore.
Hæc seruanda tibi donec nox æqua diebus:

Atq; iterum satio committit semina terræ.
At dum sexdecies sol arduus occidit undis
Hybernum post solstitium sacrosq; relinquens
Oceani fluctus sublimi arcturus olympos
Exoritur: primumq; cupit splendescere sydus.
Tunc uites incide: noui neq; nuncia ueris
Antiquos iterans quæstus præcedat hyrundo.
Dum tamen immensos effundit pleias æstus:
Profiliensq; umbrosa petit plantaria limax)
Tellure e sicca. tunc uinea nulla ligonem
Sentiat: accelerentq; uncata falce ministri
Maturam in segetem. nec te pulcherrima tempe
Detineant segnem: matutiniq; sopores:
Eia age rumpe moras: pelle oia segnia pelle:
Dum uocat alma ceres: robustaq; collige farra:
Pone domi quantum toto tibi sufficit anno
Mane operi assurgens. operis pars tertia mane
Conficitur. labor haud grauis est. de mane uiator
Longum liquit iter. taurosque exercet arator.
Præterea sua dum scolymus florentia mittit
Germina: & in ramis dulces resonare cicadæ
Sole sub ardenti incipiunt trepidantibus alis:
Fit capra tunc mollis tunc sunt dulcissima uina:
Fœminaq; urenti ueneris prurigne corpus
Appetit insanos coitus. lassantur ab æstu
Membra uirum: tantumq; potest uis ignea solis:
Tunc licet ardores gelida reuelare sub umbra
Fontis ad apricos latices semperq; fluentis
Murmur aquæ: faciles quam circum leniter auræ
Aspirant zephyris plerunq; agitantibus illas.

Hic hilares lætus cyathos & pocula sume
Biblina ter infusa magis quæ temperet unda.
Hic tibi ab uberibus caprarum caseus adstet:
Quæ nullos pascant foetus: hic lactea liba:
Hic tibi siluestris ponatur caro iuuençæ:
Quæ nõdum enixa est: hic mollior hædulus adsit:
Et iaceas saturus patula sub tegminis umbra.
Surge tamen cælo dum fulget orionis astrum:
Tempus adest: cereri sacras tercat area fruges
Ad uentos posita atq; ingenti æquata chylindro:
Nec nisi librata ducantur ad horrea messes:
Postq; autem satis ad uictum tibi contulit æstas:
Continuo cui nulla domus sit quære ministrum.
Adde etiam ancillam quæ sit sine prole: molestum est
Ac graue seruitium illius quam cura remordet
Natorum. blandire cani: panemq; ministra.
Peruigilante fores sedet ille: domumq; tuetur.
Dente rapax: furiq; altis latratibus instat.
His prope exactis scenum paleasq; reconde:
Hermiones quantum satis ac nutrire iuuenços,
Inde laboranti requies præbenda colono
Tempus: & exhaustis pariter iuga demere tauris.
Dum tamen in media cæli statione refulget
Syrius: orionq; loco splendet eodem.
Et rosea arcturi cernit pallantias astrum:
Tunc uuas tenero abscindens de corpore matrum:
Per bis quinq; dies tepido sub sole iacentes
Pande: dies etiam mollescant quinq; sub umbra.
Dehinc torque & capiant uegetes iocunda lyæi
Munera. sed sydus cum deficit orionis

Pleiadesq; hyadesq; cadunt meminisse iuuabit
Protinus impresso subuertere uomere terram.
Stat tempestiuo cuncta exercere labore.
Si tamen infestum iuuat ire per æquora:& alta
Puppe uehi:moneo ne quando ab athlantide natas
Orion sequitur:totoq; excludit olympos
Vt uideas illas medio submergere ponto
Nauigio incumbas:mare tunc tollentibus euris
Obscurum undosos iaculatur ad æthera fluctus.
Tunc igitur iaceant religatæ ad littora puppes
Saxorum obnixæ obicibus:ne forte ruentes
Discutiant uenti:pateat pars ima carinæ
Ne pluuiâ excipiens putri marcescat ab hymbre
Instrumenta domi naualiaq; arma quiescant
Pensa:gubernaculiq; exploret robora fumus.
Interea cereris sacros operare labores:
Nec prorsus fugiendus ager:labatur in altum
Aequor amica ratis dum non magis unda tumescit:
Nec refluunt uasti sublato gurgite montes
Vadat onusta tamen censu reditura superbo.
Sic meus ille quidem ginitor dum pauper egeret
Errabat maria alta secans fluctusq; profundos.
Ille olim eolidam cum amatq; ea litora linquens
Appulit huc non spe lucri commotus auara.
Durum opus exercere inuisa urgebat egestas.
Ille uagus demum prope tēpe heliconia sedem
Ascræam incoluit cæli in regione molesta.
Frigore nunc nimio nunc intollerabilis æstu
Tempore quosq; suo iuuat exercere labores.
Nauigium ante omnes cuius si te ulla remordet

Cura: placetq; altos sulcare per æquora fluctus
Dum faciles spirant uenti & furor ille quieuit.
Ne te inuisa fames alieno uiuere parto
Cogat: & inuitus multorum debitor extes:
Vade nec in Cymba sed te uehat ardua puppis.
Ingentes referant census ingentia mercis
Pondera: præterea quæ sint aptissima nautis
Tempora narrandum est: quanq̃ mihi parua per undas
Vita fuit: uixq; ex illa tantum aulide cursus
Littus ad euboëum: sub quo omnis Græcia quondam
Dum pelago defæuit hyems conuenit in unum:
Et merito infandos fatum iuratur in hostes.
Inde mihi placuit non longe ad chalcida cursus
Huc ubi magnanimum genus amphidamantis achiui
Constituunt populis certamina & inclyta quondam
Munera defuncti ponunt in honore parentis.
Hic ego me dulcis referentem premia cantus
Auratos memini tripodas: quos sponte dicaui
Musarum ante aras. quibus antra heliconia curæ
Ille ubi me primum dulcem docuere poesim:
Tantum igitur mihi res naualis cognita surgit:
Dicam aliquid tamen: & uarios pandam ætheris usus:
Hæc etiam nobis aspirauere camœnæ.
Aequora tuta legant instructo remige puppes:
Quom decies quinq; est series exacta dierum
Aestiuum post solstitium & iam deficit æstas:
Nam neq; tunc classes medio nec nauita ponto
Obruitur: ni forte uelit Iouis alta potestas:
Aut deus ipsarum parens neptūnus aquarum:
Exitus omnis in his rerum manet exitus omnis.

At lenes spirant zephiri tranquilla quiescunt
Aequora: tunc celerem uentis committe carinam.
Vadat onusta tamen reditum properare memento:
Quam prius ipsa novos fundant uineta liquores.
Autumniq; hymbres & hyems infauista procellis:
Aut nothus insurgat pluuia rorantibus alis:
Incumbatq; mari totumq; euoluat ab imo.
Exercent etiam studium nauale sub ipso
Vere nouo: quom se tam latas arbor ab alto
Induit in frondes quantum uestigia cornix
Pandit humi depressa: silet tunc nabilis unda.
Ast ego nauigium graue tunc: semperq; molestum
Crediderim: hoc naturæ homines leuitate nephanda
Subtrahere: agitant diuersa pericula fluctus.
Et tamen ire placet: quanquam mors dura sub undis
Diuitiæ fiunt hominum: atque insanus habendi
Ardor ad hæc animum germane intende parumper.
Concipe fraternos monitus maria alta secando
Fac tecum ne cuncta uehas: maiora reserua.
Nec nimis est oneranda ratis. sit ponderis æqui
Quicquid in hac durum est aduerso occurrere fato
Fluctibus in mediis currus discinditur omnis.
Si grauius super instant onus: seruare memento
Mensuram in rebus & idonea tempera ad usus.
Quom prope ter decies tibi uita elabitur annos
Conubium maturum aderit: decimumq; puella
Exigat & quartum sed quinto nubat: & illa
Vago sit: atque habitet prope te: cui sedulus astes:
Sædulus inspicias artemquæ usumque puellæ.
Hæc age ludibrio ne te uicina cantet:

Coniuge nil melius casta: nil turpius illa
Quæ uenerem prurit sine fine & prostat ad omnes
Semper: & exitio superiminet illa uirorum
Nemo etiam fratris in amore æquetur amicus:
At par si quis erit sit amandus tempore in omni
Nulla ex te inceptum fœdus discordia soluat.
Mentiri scelus est. præstat compescere linguam
Infandam. si uim tibi quisq̃ inferret amicus
Aut ore aut manibus: surge & te ulciscere redde
Redde uicem duplicem. quod si illum pœnitet acti
Ac pœnam implorans iterum te exoptat amicum
Suscipe: uile quidem est homines noua quærere semper
Fœdera amiciciæ: multos si frater amabis
Non laudo: nullos etiam: medium sit in isto.
Si tibi corda tument: uultus non indicet iram:
Turpe sequi sceleratum hominem: maledicere cuiquam
Infandum est: qui iam uita laudatur honesta:
Nunquam a te nunquam misera obiurgetur egestas.
Diuinum donum est diuumq; æterna uoluntas.
Illa quidem quæ sæpe uiri sublimē molesta
Impedit ingeniumq; uetat super alta leuari.
Qui loquitur parce linguam nec in omnia soluit:
Thesaurum præ se gerit ille ea gratia magna est
Vt linguam moderes pensataq; uerba loquaris.
Si quenquam uerbo lædes læderis & ipse.
Grata in amicorum uenias conuiuia sumptu
Cōmuni: dato particulam: gratissima sunt hæc.
Acre ioui uinum seu diis de mane cauendum est
In lauta libare manu: tum uota precando
In cassum fundes nulli exaudita deorum.

Solis ad aspectum nec quenquam mingere fas est
Nocte sub obscura recto neque corpore nudo
Nox quia sacra deis media nec credimus illud
Posse licere uia: si declinetur ab illa
Esse etiam uetitum: diuus uir & omnia noscens
Hærens parietibus sedet atq; exponit urinam
Intus: ubi orbatæ tenuis latet angulus aulæ,
Non coitu polluta sacros genitalia pandas
Ante ignes, neq; cum dulci tibi coniuge præstet
Concubium ut generes dum mæsto a funere tristi
Mente redis: superum sacra sed lætus ab ara.
Credimus inuisum superis semperq; molestum:
Qui natat assiduo labentia flumina cursu
Quam prius abluerit manus pia uota precesq;
Fuderit: ante ipsas supplexq; orauerit undas.
Infandum ante aras ungues incidere: cum diis
Sancta facis scelus est cyathos imponere uasi
In quo uina latent sacros operare lebetas.
Nil tibi cum in sacris etiam hinc lauuisse nefandum est,
Perfice tecta prius q̃ cornix garrula ab alto
Nunciet atram hymē. ruit hæc inimica procellis:
Fac sedeat bis sex quibus ætas exigit annos:
Aut totidem menses natorum cara propago
Sede sub instabili iuuat hoc omnemq; repellit
Segniciem: facit esse agiles & ad omnia promptos.
Fœdum ac turpe uirum est thermis mulieribus uti:
Hoc prorsus fugiendum etiam stat talibus atrum
Supplicium: ante aras superum obiurgare nephandū est:
Sacra ministeria ac diuinos spernere cultus:
Nec licet in fluuio neq; fontis mingere in unda.

Est quoq; turpe aliud uetitum: fuge pessima famæ
Nomina. fama malum facile in sublime leuatur.
Est graue sufferri nimiam nimiumq; molestum.
Difficile: ut taceat nunq̃ delabitur illa
Sedula quæ uarias populi penetrauit ad aures
Est dea fama quidem sunt ipsi numina famæ
Sit tibi præterea series seruanda dierum:
A Ioue natæ omnes. sunt a Ioue tempora nata
Ultima mensis erit nullo exercenda labore,
At genio utendum est: illa omnes festa per urbes
Ducitur: illa forum claudit: neq; iura resoluit.
Prima dies sacra est & quarta & septima: prima
Natus apollo die radiantia lumina fudit.
Luce demum quarta foelix ducenda sit uxor.
Omne captato sunt omnia prospera rebus:
Et licet in curuam trabibus componere nauim:
At quintas fuge nanq; illarum pallidus orcus.
Tum diræ eumenidum facies toto orbe uagantur:
Castigant si qua in terris periuria: falsum
Affirmant quæ lis alterne agitata creauit.
Sexta dies tristem ostendit mulieribus ortum
Læta uiris: multiq; etiam nascuntur in illa:
Quis mala mens fallax animus fallacia uerba:
Et qui concubia exercent archana per artem:
Hac ouium foetus licitum castrare uel hædos:
Et licet infixæ pecudes circundere mandra,
Scindimus octaua foeti genitalia tauro
Castramusq; sues. foelix est ponere plantas
Nona uiros gigni uel amica sorte puellas.
Luce uiris: decima faustos quoq; credimus ortus.

Vnaq; post decimam foelix incidere uites:
Et tempestiuam segeti supponere falcem:
Hoc curat bis sexta etiam foelicioꝝ illa:
Stamina & ex alto tenuissima torquet arachne.
Ingentem accumulans formicæ farris aceruum.
Et iuuat arguto percurrere pectine telas:
Tunc quoq; siluestres licitum castrare iuuenos.
Tercia post decimam plantaribus optima surgit:
Spargere semen humi. pallet contraria semper.
Quartaq; post decimam mulierum prospera natus
Ac prehenso domitare boues ualidosq; labori
Hemiones: canibus faciles adiungere cultus.
Ac lenire manu pecudiq; imponere mores:
Atq; aperire cados & dulcia fundere uina.
Sextaq; post decimam plantaribus inuida surgit
Oportuna uiros nasci sed iniqua puellas:
Aut nasci aut thalamos petere aut hære maritis.
Septima post decimam cereris terat hordea sacra:
Ingentemq; licet ferro discindere siluam.
Ac uarias aptare trabes quibus ardua tecta
Molliri: ac structam possis agitare carinam.
Nonaq; post decimam foelix est cum dea surgit
Lutea: sed medium cæli quom uenit in orbem
Fit grauis: ex media ad finem letissima fulget.
Proxima lux sapientem hominem diuina creandi
Insigni uiget officio: nec luce dolendum est.
Post illam quarta sacra est ea læta trahantur
Gaudia quinta dies post hanc iuga curua iuuenis
Ponit & hemiones & colla exercet equorum.
Altaq; ueliuola seducit ad æquora puppes:

Quam pauci nouere & recto nomine dicunt.
Sunt harum humano generi seruanda dierum
Tempora: quippe illud magnis successibus argent.
Sunt alix ancipitesq; tamen sine mente neq; ullo
Officio excellunt: hanc alter laudat & illam:
At paucis natura illarum cognita surgit.
Nam tunc ipsa dies totum complectitur orbem
More piæ matris sæuæ modo more nouercæ,
Nunc fulget nunc atra latet scælixq; beatus
Ille quidem qui diis gratus cui cognita sunt hæc:
Omniaq; inspiciens rerum se exercet ad usus.

Pio. ii. pont. Max. Nicolaus de Valle,
Si uacat ænea rerum dignissime præsul:
Grataq; sunt animo carmina nostra tuo:
Perlege quæ quondam dulci modulatus auena
In latios ausus uertere græca modos.

Ascræi inspiciens HMERAS kai erga poetæ.
Græcia quo quondam floruit hesiodo.
Hæc fuerant fateor plectro meliore canenda:
Hic opus ingenii quippe senilis erat.
At quia nō nullos tam magna superbia uates
Eleuat: ut nulla græca in honore putent:
Sum tamen hoc ausus bis septem & quattuor annis:
Dum mea labuntur lustra trahente dea:
Sumpsimus & tenues græcorum e fontibus haustus:
Mixtaq; cum græca lingua latina fuit:
Quicquid id est ad te uatum clarissime uates
Mittimus: es clario non minor ipso deo.
Suscipe & hesiodum placido complectere uultu.
Hic quoq; iudicio stetq; cadatq; tuo.

FINIS.